

## 1.

*Erzbischof Konrad [I.] von Salzburg gibt dem Kloster St. Peter [in Salzburg] entsprechend der Klage des Abtes Balderich und des Konventes als Entschädigung für das von König Heinrich [II.] geschenkte Gut Admont, das von den Nachfolgern des Erzbischofs Hartwig widerrechtlich dem Kloster vorenthalten und teils für die Ausstattung des dort errichteten Klosters, teils für sich verwendet wurde, die bisher von Engelschalk von Straß innegehabten Lehen im Pongau, in Hausen und in Steinhögl sowie eine Hofstatt in der Stadt Salzburg mit allen Eigenleuten, ausgenommen die von Engelschalk als Lehen ausgegebenen Grundstücke.*

1143 Juni 12, Werfen.

*Or. Salzburg – St. Peter StiftsA: U 8 (A). — Abschr. 1280 ebenda: Hs. A 6 (einst: P) fol. 3<sup>r-v</sup> Nr. 12.*

*(Seeauer – Hintler), Novissimum Chronicon (1772) 217 aus A. — Wichner, Gesch. 1 (1874) 250 Nr. 17. — StUB 1 (1875) 221 Nr. 213 aus A. — SUB 2 (1916) 314 Nr. 214 aus A.*

*Reg.: Dückher, Chronica (1666) 76. — Meiller, RAS (1866) 46 Nr. 242. — Wichner, a. a. O. 1 (1874) 89. — MC 1 (1896) 126 Nr. 122.*

*Die Ausfertigung erfolgte wie bei Nr. SP 3 durch den gleichen Empfängerschreiber. Als Vorlage für die Textgestaltung diente weitgehend die gleichzeitige Notiz über den Verzicht des Engelschalk von Straß (s. Band I/2 unter Salzburg – St. Peter Nr. 11).*

‡ In nomine sanctę et individue trinitatis. Chuonradus dei gratia Salzburgensis ecclesię archiepiscopus. ‡ Dum nos omnipotens deus rectorem et iudicem inter filios hominum dignatus esset constituere, memores illius de propheta: Recte<sup>1</sup> iudicate filii hominum<sup>1</sup>, semper pro posse nostro omnibus<sup>2</sup> hominibus, maxime domesticis fidei<sup>2</sup> iusticiam et iudicium querentibus proposuimus satisfacere. In hoc ergo proposito dum studuerimus coram nostro iudice irreprehensibiles<sup>3</sup> invenire, venerabilis frater noster Baldericus abbas et eius fratres de monasterio beati Petri apostoli aures nostras iuste, ut nobis visum est, querela ceperunt pulsare, scilicet quod predium quoddam Admōnte dictum eis á pię memorię Heinrico imperatore Babenbergensis episcopii fundatore donatum et eius regali testamento esset confirmatum et cum sancte recordationis Hartuuico precessori<sup>a</sup> nostro ab eodem rege, dum adviveret, soli esset concessum, á successoribus eius episcopis post obitum illius iniuste retentum et ex parte Admōntensi cenobio ab eis collatum, ex parte episcopalibus redivitibus foret reservatum. Ut ergo tam nos quam successores nostros de hac querela in conspectu domini absolutos et securos redderemus, beneficium cuiusdam fidelis nostri Engilschalchi de Straze \*, quod habuit á nobis ad Pongō, ad Ouhusen, ad Hegilin, cum area infra urbem nostram et mancipiis utriusque sexus, exceptis quibusdam locis, quibus ipse alios inbeneficiaverat, pro parte illa, quam in pertinentia nostrorum redivituum invenimus, petitione et consensu eisdem Engilschalchi \* in presentia venerabilis

fratris nostri Romani Gurcensis episcopi et \* ministerialium nostrorum Heinrici de Hegilin, Liutuini castellani, Hartnide<sup>b</sup> de Uzilingin, Dietmari de Aichaim, Ottonis et Wisunt<sup>c</sup> de Pongö, Gerlohi de Radestat prefato monasterio contulimus. Ut autem hæc collatio stabilis et inconvulsa in æternum permaneat, hanc paginam inde conscribi et sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Acta sunt autem hæc apud Weruen anno dominicę incarnationis M C XL III, indictione VII, II idus iunii; feliciter amen.

(S.)

*Siegel aus naturfarbenem Wachs, rund, mittels Pergamentstreifen auf der Rückseite eingehängt; wie oben bei Nr. SN 1 beschrieben.*

<sup>a)</sup> A statt richtig predecessori    <sup>b)</sup> A statt richtig Hartnidi    <sup>c)</sup> A statt richtig Wisint

1) Recte – hominum Ps. 57, 2

2) omnibus – fidei vgl. Gal. 6, 10

3) vgl. dazu 1. Tim. 3, 2.